



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 53. S. Hieronymus Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Sæculum IV.

A. C. 379.

§. LIH.

S. Hieronymus Constantinopoli.

De Script. Circa illud tempus S. Hieronymus *in Greg. sup.* stantinopolim venit, ut S. Gregorium *29. Ep. 77.* Nazianzenum audiret, quem exinde sem-
ad Marc. ep. per ut Magistrum coluit. Calumnias co-
99. ad Asell. lib. 3. cont. rum non ferens, qui ipsum erroris in fide
Ruff. c. 7. de Trinitate accusarent, quod tres Hypo-
epist. 61. ad stases dicere nollet, relicta Syriae eremo,
Pamm. c. 16. Jerosolymam se contulit, & aliquo tem-
pore Bethlehemi mansit; Paulinus Epis-
copus Antiochenus invitum in Presbyte-
rum ordinavit, & ea solum conditione,
ne vitam solitariam relinquere cogere-
tur. Nec diutius Antiochiae morari vo-

in Ephes. 5. luit, ne ab eo exigerent, ut prædicaret,
32. & officiis Presbyteri fungeretur; cum
ergo Constantinopolim venisset, aliquam-
diu cum S. Gregorio habitavit, eo Magi-
stro S. Scripturæ studens, quod ipse hinc

Ep. 2. ad Ne- inde in suis Scriptis testatur. Aliquando
pot. c. 10. rogavit Gregorium, ut sibi explicaret
quid vellent illa verba apud S. Lucam:

Luc. 6. 1. *In Sabbato secundo, primo.* S. Gregorius
cum lepore respondit: *id te docebo in*
Ecclesia, ubi omnes mibi applaudunt; illi
simulare cogeris, te scire, quæ nescis,
enim solus taceas, omnes te hominem stu-
pidum credent. Ex his verbis dispicuntur,
S. Gregorium, quanti acclamations po-
puli facienda essent, non ignorasse, qui

ut ait S. Hieronymus, admirari solet ma- Sæculum IV.
xime, quæ minime intelligit. Constan- A. C. 379.
tinopoli S. Hieronymus amicorum preci-
bus cedens, & ut proprii ingenii experi-
mentum caperet, properanter compo-
suit exiguum Tractatum de visione, quæ
capite sexto Isaiæ narratur. Circa illud
etiam tempus creditur Chronicum Euse-
bii latinitate donasse, illudque duobus
amicorum Vincentio Presbytero, & Gal-
lieno dedicasse.

in Isa. 6.

§. LIV.

Baptismus Theodosii.

Imperator Theodosius Religionem Chri- Socr. V. c. 6.
stianam, & fidei Nicænæ Professionem Soz. VII. c.
a Majoribus suis acceperat, sed necdum 4. Prosp.
baptizatus, cum Thessalonicae in mor- Chron. ann.
bum incidisset, baptizari voluit. Accer- 381.
sito Episcopo, ante omnia interrogavit,
quæ esset fides ejus? erat autem tunc
Episcopus Thessalonicensis S. Ascolus;
is respondit Imperatori, se fidem Nicæ-
nam profiteri, atque totum Illyricum
semper hanc fidem tenuisse, nec unquam
hanc provinciam Arianorum Hæresi cor-
ruptam; quod de Illyrico Orientali, in quo
Macedonia, cuius Thessalonica Metro-
polis erat, continebatur, intelligi debet.
Imperator, gaudens ob felicem occur-
sum, Baptismum manibus S. Ascoli ac-
cepit, & paucos post dies etiam sanita-
ti corporis restitutus est. S. Asco-